Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

~~xxxiiij~~ Lxxxxvi

Exta seculi etas nato dno nro Iesu xpo inchoata est In principio quadrage- simi secundi anni Imperij Augusti Cesaris / primo et tricesimo regni herodis alienigene / Ac tercio anno centesime nonagesime / Olympiadis : Ab urbe condita 749 · A captiuitate iudeorum 444 / A dauid regno 1029 · A natiuitate abrahe 2014 · A diluuio Noe 2947 · Ab Adam 4199 · A concepcione Joannis baptiste mense sexto / Durabitque per tempus totum quod Gracie appellatur / Et protracta est A xpi ihesu benedicta Natiuitate usque in tempus presens per Annos Mille quadringentos Nonaginta duos : Habebitque decursum usque ad tpa Antixpi / Aut ad consummacionem seculi / Que nulla generacionum aut temporum serie certa : sed veluti decrepita totius mundi morte erit finienda : Hanc etatem ut scriptum est quidam ab incarnacione xpi incipiunt : quidam a baptismo xpi / propter vim regeneratiuam aquis datam Iam circumcisione terminata : / Alij aut a passione / qua cum aperta est paradisi porta Et inchoata est septima quiescencium . Et ex hac sexta etate originem ac fundamentum , Christianum Imperium et summum pontificium cum laude habuerunt ·

/ tercie

Joachim Anna Cleophas Salome

Simon Judas

Alpheus Maria Joseph iustus

Jacobus minor

Zebedeus Maria

Jacobus maior

Iohes euangelista

Herodes ascolonita prefectus Gallilee

Marianes .

Mariannes Regina hebreorum filia aristobo- li ab herode viro suo ob iudicium occidi . Nam ut Iosephus ait tante tamque inuiste pulchritudinis clara fuit : ut non solum eo tpe formositate feminas anteire crederetur sed celestis arbitraretur imago . Tandem a matre et sorore herodi accusata : quod effigiem suam ad octauianum transmisisset : ut in sui desiderium prouocaret : Que ad crederet herodes / capitali sententia eam occidi iussit ·

Non defuit princeps ex iudeis usque ad huc diem : Quo primum accepit hic herodes alienigena / Tempus quippe erat ut veniret ille cui repromissum erat . quod nouo promissum est testamento : ut ipse esset expectacio gencium . / Cessauit ergo ac merito eorum vnctio : hoc est imperium quod ex danielis sentencia sicut sciorum venerat ·